Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8262
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

debebat esse li(citum). Nam tempus
debet in eis supplere defectum
scientie et discretionis in inqui
sitione heretice pravitatis re-
quiritur xl annus ut in
c. ille volentes de heret(icis). Der-
minatur ibi glo(sa) quod in episcopo
sufficiat xxx an(norum). qui etiam
est inquisitor a iure deputatus
ut in c. per hoc de heret(icis) li. vi.
Unde dicit quod hoc est de ar-
bitrio quia non possit reddi ratio
diversitatis sufficiens inter
episcopum et inquisitorem, sed
forte hoc contingit, quia
promovendi in episcopum transeunt
per magna inquisitione /
Nam recipiunt testes, et
discutitur prius promotio
in consistorio pape in collo ad-
tenendi. Item quia promotus
ad tantam dignitatem pre-
sumitur ex omni perfectione.
Sed officium inquisitionis
non committitur sub tanta
indagine, et ideo voluerunt
iura, ut sit maturus etate
et regulariter de etate requi-
sita in tantum et aliis dicitur
plene in dicto c. sup(er) in ordi-
nata. et dic ut ibi. Ulterius
quero quia patiens defectum
in natalibus non potest promoveri
ad ordines vel episcopum, num-
quid possit promoveri in abba-
tissa / videtur primo quod non habeat
obesse defectus natalium,
cum non habeat recipere ordines
ut in c. nouum de pe. et re.
Contrarium est verum ut no(tatur)
in c. indempnitatibus. Nam ab-
batissa dicitur habere dignitatem
ut probatur in dic(to) c. in dep(...)
go defectus natalium im-
pedit ut in c. i. de fi. pbr.

Item pro tunc de incontinentia
ex quo mater non fuit casta num-
quam vel leniter filia mer(etricis), in c.
an autem. huius filios posset
promoveri in episcopum etiam si
sint legitimi unde dominus etiam
in c. siracusane xxviii di.

Cum vero. Beneficia elec-
ti in episcopum vacant post
confirmationem adeptionem primus
et consecrationem secutam, vel
tempus prefixum ad petendam
consecrationem h(abet) b(...) usque ad
s(...) inferiora. Nota primo
quatuor requisita, ad hoc ut
vacent beneficia electi in episcopum.
Primo enim requiritur quod
fuerit electus, 2o quod confir-
matione electionis sit consecutus
Tertio quod sit nactus adep-
tionem possessionem. Quarto quod sit
consecratus, vel quod sit in mora
petendi consecrationem, et dicitur
esse in mora, si non petit tempore
prefixum a canonibus scilicet
tres menses a tempore con-
firmationis habite ut in c. n. 14 di.
ut dicam latius post glo.
Et quod hiis et quod hoc non ordine
procedendi, Nam primo quis
eligitur, 2o electio confirmatur
3o administrationem consequitur
Quarto consecratur, et primum
nascitur ex reliquo. Nam
vigore electionis fit confirmatio
et virtute confirmationis compe-
tit ius administrandi, ut in c.
transmissam i(n) eo. et ut possit ple-
administrare debet consecrari quia
electus et confirmatus solum
potest exercere que sunt iurisdictio-
nis vero que sunt ordinis epis-
copalis non exercet ante consecra-
tionem. ut in c. transmissam i eo.